OE
330 xv



~~C.1.P.6.~~

15
3. E. 330. (Daemon 366)

Clarissimi Viri Iginij Poeticon Astronomicon Opus vtilissimmu Foeliciter Incipit.

De Mundi z sphęrae ac vtriusqz partiũ declaratiõe

Liber Primus

Probemium.

Iginius. M. Fabio Plurimam Salutem

TSi Te Studio grammaticę artis inductũ: nõ solũ versuũ moderatione quã pauci puiderũt: sed historiaruz quoqz varietate: qua scientia rerum pspicir̃ prędstare video: quę facilius etiã scriptis tuis pspici potest: desideras potius scientẽ: q̃ libera/lem iudicẽ: Tamẽ quo magis exercitatus: z nonnullis etiã sępius in bis reb⁹ occupatus esse videar: Ne nihil in adolescentia laborasse dicerer: z imperitorũ iudicio desidię subirẽ crimẽ: hęc velut rudimẽto scientię nisus: scripsi ad te: Nõ vt iperito monstrãs sed vt scientissimũ cõmonens: Sphęrę figuratiõẽ: circulorũqz qui i ea sũt notationẽ: z quę ratio fuerit vt nõ equis partib⁹ diuidrent̃. Prętera terrę marisqz diffinitiõẽ: z quę partes eius non habitant̃: vt multis ustisqz de causis hominibus carere videant̃: ordine exponam⁹. Rursusqz redeuntes ad sphęrã/duo z. xl. signa nominatim enumerauim⁹. Exinde vniuscuiusqz signi historias: causãqz ad sidera perlationis ostendimus. Eodem loco nobis vtile visum est persequi eorũz corporũ deformationes z in his numerũ stellarũ: Nec prętermisimus ostendere ad septem circulorum notationem quę corpora aut partes corporum peruenirent: z quemadmodum ab his diuiderentur. Diximus etiam in ęstiui circuli diffinitione quęrentes: quare non idem hyemalis vocaret̃: z quid eos fefelle/

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

rit qui ita ſenſerint. Et quid in ea parte Sphęrę: ſolis efficiat cur/
ſus. Pręterea quare circulos in .viij. partes diuidcremus ordine
expoſuim⁹. Scripſim⁹ etiã quo loco circul⁹ ęquinoctialis foret cõ/
ſtitut⁹: ꝛ q̃d efficeret ad eũ pueniés ſol. In eiuſdẽ circuli demõſtra
tione oſtẽdimus q̃re Aries iter ſidera celerrim⁹ diceret. Pauca p̃te
rea de hyemali circulo dixim⁹. Exinde zodiacũ circulũ diffiniuim⁹
ꝛ eius effectus. Et quare potius. xij. ſigna q̃. xj. numerent. Quid
etiã nobis de reliq̃s circulis videret. His p̃poſitis reb⁹: ad id lo/
ci venim⁹: vt exponerem⁹ vtrũ mũdus ipſe cũ ſtellis verteret: An
mũdo ſtãte vagę ſtellę ferrent: ꝛ quid de eo nobis ꝛ cõplurib⁹ vi/
deret: quaq; ratione ipſe mũdus verteret: Pręterea q̃re nõnulla ſi
gna celeri⁹ exorta ſerius occiderẽt: Nõnulla etiã tardi⁹ cęteris ex/
orta: citius ad occaſũ puenirnet. Quare etiã quę ſigna parit oriun
tur: nõ ſimul occidãt. Eodẽ loco dixim⁹ q̃re nõ eſſent in ſphęra ſu/
periora iteriorib⁹ hemicycli ęqualia ꝛ quot modis ſtellas videre nõ
poſſimus. Pręterea ſcripſimus i. xij. ſignorũ ortu: quę de reliquis
corpa exoriri: ꝛ quę eodẽ tpe occidere viderent. Deinde ordine p/
ſcripſim⁹: Sol vtrũ cũ mũdo fixus verteret: an ipſe p ſe moueret.
Et cũ ipſe p ſe moueat ꝛ cõtra. xij. ſignorũ ortus eat: quare videat
cũ mũdo exoriri ꝛ occidere. Deinde ꝓtin⁹ de lunę curſu pauca p/
poſuimus ꝛ vtrũ ſuo an alieno lumine vteret: Eclypſis Solis ꝛ lu
ne q̃o fieret: quare luna p eundẽ circulũ iter faciés celerius Sole
currere videat: ꝛ quid fefellerit eos qui ita ſenſerint. Quinq; ſtellę
q̃tũ habẽt interuallũ. ꝛ vtrũ. v. an. vij. ſint. ꝛ vtrũ. v. certe errent
an omés. ꝛ. v. quomõ curãt. Dixim⁹ etiã qua ratiõe priores aſtro
logi nõ eodẽ tẽpore ſigna ꝛ reliquas ſtellas reuerti dixerint. ꝛ qua
re metã diligẽtiſſime obſeruaſſe videantur ꝛ quid reliquos fefelle/
rit in eadẽ cauſa. In his igitur tam multis ꝛ varijs rebus nõ crit
mix aut pertimeſcendũ: quod tantũ numerũ verſuũ ſcripſerimus.
Neq; n. magnitudinẽ voluminis: ſed rerũ multitudinẽ peritos cõ
uenit ſpectare. Quod ſi longior in ſermone viſus fuero: non mea

facunditate:sed rei necessitate factū existimato. Nec si breuius ali/
quid dixero:minus idē valere confidito q̄ si pluribus esset audiē/
dum verbis. Etenim p̄ter nostrā scriptionē sphęrę: quę fuerunt
ab Arato dicta obscurius:p̄secuti planius ostendim⁹ vt pęnitus id
quod cępim⁹ exquisisse viderem̄ur. Quod si vel optimis vsus au/
ctorib⁹ effeci: vt neq; verius:neq; breuius diceret quispiā:nō im/
merito fuerim laudari dign⁹ a vobis:quę vel amplissima laus ho
minib⁹ ē doctis. Si minus:nō deprecamur in hac cōfectione:no/
strā scientiā ponderari. Ideoq; maiorib⁹ etiā niti laborib⁹ cogita
mus:in quibus ꝛ ipsi exercemur: ꝛ quib⁹ volumus nos probare
quid possimus. Eteni necessarijs nostris hominibus scientissimis
maximas res scripsim⁹:nō leuibus occupati reb⁹ populi captam⁹
existimationē. Sed ne diutius de eo quod neglexim⁹ loquamur:
ad propositū veniemus ꝛ initium rerū demonstrabimus.

De Mundo ꝛ Sphęra.

Mundus appellatur: is qui constat ex Sole ꝛ Lu/
na: ꝛ terra ꝛ omnibus stellis.

Sphęra ē species quędā in rotundo con/
formata: omnibus ex partibus ęqualis.
apparens: vnde reliqui circuli finiunt̄. huius au
tem exitus neq; initiū potest definiri: Ideo q̄
in rotundo omnes tractus ꝛ initia ꝛ exitus si/
gnificari possūt. De Centro

Centron ē cui⁹ ab initio cirūductio sphęrę terminat̄
ac terrę positio cōstituta declarat̄. De Axi

Imensio quę totius ostēditur sphęrę: cū ex vtrisq;
partibus eius ad extremam circumductionem recte
vt virgulę perducuntur: quę dimensio a compluri/
bus axis est appellata. huius autęq; cacumina: qui/
bus maxime sphęra nititur Poli appellant̄: Quo/
rum alter ad Aquilonē spectans Boreus: alter oppositus Austro

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

Notus est dictus.

De Significatione.

Significationes quędā in circūductionē sphęrę circuli appellantur: ℰ quibus Paralellę dicuntur: qui ad eundem polum constituti finiuntur. Maximi autē sunt: qui eodē centro quo sphęra: cōtinentur: horizon appellatur is: qui terminat ea: quę perspici: aut non videri possunt. hic autem incerta ratione diffinitur: qp modo polo subiectus: ꝛ circulis bis qui Paralellę dicuntur: modo duob⁹ extremis ꝛ ęqualibus nixus: modo alijs partibus adiectus terrę peruideť ita: vtcūqz fuerit sphęra collocata.

De Polo.

Polus is: qui Boreus apppellatur: peruideri potest semper. Notus autē ratione dissimili semper est a conspectu remotus: Naturalis autem mundi statio phisice dicitur: ℰa est in boreo polo finita: vt omia e dextris partibus exoriri: in sinistris occidere videantur. Exortus enim ē subita quędā species obiecta nostro cōspectui. Occasus autem pari de causa vt erepta ab oculis visa. In finitione mundi circuli: sunt paralellę. v. in quibus tota ratio sphęrę consistit: pręter eum qui zodiacus appellatur: qui qp non vt cęteri circuli certa dimensione finitur: ꝛ inclinatiōr alijs videtur: Λοξος: a gręcis est dictus. Quinqz autem: quos supra diximus: sic in sphęra metiunť: initio sumpto a polo qui boreus appellatur ad eum qui notus ꝛ antarcticos vocatur: In. xxx. partes vnūquodqz hemisphęriū diuiditur: ita vti dimensio significari videatur ī tota sphęra per. lx. partes factas. Deinde ab eodem principio boreo sex partib⁹ ex vtraqz finitione sumptis: circulus ducitur cuius centron ipse est polus finitus: q̄ circulus arcticos appellatur: qp intra eū arcturi simulacra vt incluſa perspiciuntur. Quę signa a nostris vrsarū specie ficta septentriones appellanť. Ab hoc circulo de reliquis partib⁹. v. sumptis eodē centro quo supra diximus circul⁹ du

citur:qui therinos tropicos appellaꝫ:Jdeo ꝙ Sol cum ad eū cir/
culū peruenit: ęstatē efficit eis :qui in aquilonis finibus sūt.hye/
mem aūt eis: quos austri flatibus appositos ante diximꝰ.Prę/
rea ꝙ vltra cum circulū Sol nō transit: sed statim reuertiꝫ:tropi/
cos ē appellatus.Ab hac circuli significatiōe quattuor de reliquis
partibus sumptis: ducitur circulꝰ equinoctialis a grecis hysemeri/
nos appellatꝰ.ideo ꝙ sol cum ad eum orbem peruenit ęquinoctiū
cōficit.hoc circulo facto:dimidia sphęrę pars cōstituta perspiciꝫ.
E contrario item simili ratione a noto polo.vj.partibus sumptis
vt supra de borco diximus: circulus ductus antarcticos vocaꝫ : ꝙ
contrarius ē ei circulo:quē arcticon supra diffiniuimꝰ: hac diffini
tione sphęrę centroqꝫ poli qui notus diciꝫ.v.partibꝰ sumptis:cir
culus chimerinꝰ tropicus instituiꝫ :a nobis hyemalis :a nōnullis
ēt brumalis appellatus.ideo ꝙ sol cuꝫ ad cū circulū peruenit hye/
mem efficit his:qui ad aquilonē spectant:ęstatem autē his: qui in
austri partibus domicilia constituerūt.Quanto eni abest longius
ab illis qui in aquilonis habitant finibus:hoc hyeme maiore con/
flictantur:Aestatem autē his quibus sol appositus peruideꝫ : Jta
qꝫ ęthiopes sub vtroqꝫ orbe necessario fiunt.Ab hoc circulo ad ę/
quinoctialē circulū:reliquę fiunt partes quattuor. ita vt sol per o/
cto partes sphęrę currere videaꝫ. Zodiacus aūt circulus sic vel o/
ptime diffiniri poterit:vt signis factis:sicut postea dicemus:ex or
dine circulus pducaꝫ. Qui autē Lacteus vocatur contrarius ęqui/
noctiali:ibi oportet vt eum mediū diuidere:ꝛ bis ad eum peruenī
re videatur.semel in eo loco vbi aquila cōstituiꝫ. Jterū aūt ad eius
signi regionē quod procyon vocaꝫ.Xij.signorū partes sic diuidun
tur.Quinqꝫ circuli: de quibꝰ supra diximꝰ:ita finiuntur: ut vnus/
quisqꝫ eorum diuidatur in partes.xij.ꝛ ita ex eorum punctis lineę
perducanꝫ: quę circulos significent factos.in quibꝰ .xij.signa de/
scribantur. Sed a nōnullis imperitioribꝰqueritur quare hō ęquis
partibus circuli finiantur.hoc est vt de.xxx. partibꝰ quinę partes

diuidant: ⁊ ita circuli pari ratione ducantur: id facillime defendi
posse confidimus. Cum enim media sphęra diuisa est eius circuli:
nullus potest ęqualis esse. Qui q̃uis proxime eum accedat: tamē
minor esse videatur Itaq; qui primum sphęrā fecerunt: cum vel/
lent omniū circulorū ęquas rationes esse pro rata parte: voluerūt
significare: vt q̃to magis a polo discederetur: hoc minorē nume/
rum partium sumerent in circulis metiendis. quo necesse his erat
maiorē circulū definire: Quod etiā ex ipsa sphęrā licet intelligere
Quanto magis a polo discedes: hoc maiores circulos fieri: ⁊ hac
re minorem numerū duci: vt pares eorum videantur effectus. Et
si non in. xxx. partes vnumquodq; hemisphęriū diuidatur: sed in
alias quodlibet finitiones: tamen eo ratio peruenit eius ac si. xxx.
partes fecisset.

De zodiaco circulo.

Zodiacus circulus tribus bis subiectus: de quibus
supra diximus: ex quadam parte contingit ęstiuum
⁊ hyemalē circulum. ęquinoctialē autem mediū di/
uidit: Itaq; Sol per zodiacon circulū currens: neq;
extra eum transiens: necessario cū signis bis: qui/
bus inixus iter conficere videtur peruenit ad eos: quos supra dixi
mus orbes. ⁊ ita quattuor tempora definit. Nam ab ariete incipi/
ens ver ostendit. ⁊ taurū ⁊ geminos transiens idem significat. Sz
iam capitibus geminorū circulū ęstiuū tangere videt: ⁊ per can/
crum ⁊ leonē transiens ⁊ virginē: ęstatem efficit. Et rursum a vir/
ginis extrema parte transire: ad ęquinoctialē circulus perspicitur
In libra autem ęquinoctiū conficit: ⁊ autumnū significare incipit
Ab hoc signo transiens ad Scorpium ⁊ Sagictariū. Deinde pro
tinus incurrit in hyemalē circulū. ⁊ a capricorno: aquario: piscib⁹
hyemē transigit. Itaq; ostenditur nō per tres ipsos circulos cur
rere: sed zodiacū transiens ad eos peruenire. Sed quoniā de his
reb⁹ diximus Nūc terrę positionē definiem⁹ ⁊ mare quibus locis
interfusum videatur ordine exponemus.

TErra mundi media regione collocata: omnib⁹ partib⁹ equali diſſidēs interuallo: centron obtinet ſphę re. hanc mediā diuidit Axis in dimenſione totius terrę: Oceanus autem regione circūductionis ſphę re profuſus: prope totius orbis alluit fines: Itaq; ⁊ ſigna occidentia: in cundē decidere exiſtimant̄: Sic igit̄ ⁊ terras contineri poterimus explanare. Nam quęcūq; regio eſt quę inter arcticon ⁊ ęſtiuum finem collocata eſt: ea diuiditur tripharіam: Equib⁹ vna pars Europa. altera Aphrica. tertia aſia vocatur. Europam igitur ab aphrica diuidit mare ab extremis oceani finib⁹ ⁊ herculis columnis. Aſiam vero ⁊ lybiā cū egypto diſterminat os Nili fluminis: quod canopicon appellat̄: Aſiam ab europa Tanais diuidit bipharіā ſe conficiens i paludē: quę Meotis appellatur. hac igitur definitione facile peruidetur: mare omnibus obiectum finibus terrę: Sed ne videatur nonnullis mirū: cū ſphęra in. lx. partes diuidatur: vt ante diximus. quare definimus ab ęſtiuo circulo ad arcticum finem duntaxat habitari: ſic vel optime defendimus. Sol enim per mediā regionem ſphęrę currens: nimium bis locis efficit feruorem: Itaq; quę finis eſt ab ęſtiuo circulo ad hyemalem: ea terra a grecis Διαξεκαυμενē vocatur ꝙ neq; fruges propter exuſtam terrā naſci: neq; homines propter nimium ardorem durare: poſſunt. Extremę autem regiones ſphęrę duorū circulorum: quorū alter borcus alter Notus vocatur fine arctici circuli: ⁊ eius qui antarticus vocatur non habitantur: Ideo ꝙ ſol eſt ſemper ab bis circulis longe: ventiq; aſſiduos habent flatus. Quāuis enim ſol perueniat ad ęſtiuū circulū: tamen longe ab arctico videbitur fine: id ita eſſe: hinc quoq; licet intelligere. Cum enim ſol peruenit ad eum circulū: qui hyemalis vocat̄: ⁊ efficiat nobis qui ꝓpe eum ſumus conſtituti nimium frigus: quid arbitramur eis locis frigoris eſſe: qui longius etiam abſunt a nobis. Quod cum in hac

parte ſphęrę fiat:idē in altera parte definitū putauimus. ideo q̄ ſimiles eius ſūt effectus. Preterea hinc quoq; itelligim⁹ illic maximū frigus. & in ęſtiuo circulo calorē eſſe. q̄ que terra habitaſ: Eos tamē videm⁹ qui proxime ſunt arcticū finē vti braccis & eiuſmodi veſtitu veſtituū. Qui autē proximi ſint ęſtiuo circulo: cos ęthiopas & perūſto corpe eſſe. habitaſ autē ſic temperatiſſimo cęlo cū inter ęſtiuum circulū & arcticum finē hęc perueniat temperatio. q̄ ab arctico circulo frigus: ab ęſtiuo feruor exortus in vnum concurrens: efficit mediā finem temperatā: quę habitari poſſit. Itaq; cū ſol ab eo loco diſceſſit: hyeme neceſſario conflictamur. q̄ ventum exorientē non reuerberat ſol. Quod cum veniat in hac diffiniti/one. illud quoq; fieri poſſe videmus: vt hyemali circulo nobis ad antarcticū finē habitari poſſit. q̄ pares eodem proueniant caſus: Certum quidē eſſe nemo cōtendit. neq; peruenire eo poteſt quiſq̄ :propter interiectū terrę: quę propter ardorē non habitaſ. Sed cum videmus hanc regionē ſphęrę habitari: illam quoq; in ſimili cauſa poſſe conſtitui ſuſpicamur.

Clariſſimi viri Iginij de Signor cęleſtiū hiſtorijs Liber Secūd⁹.

Sed Quoniam quę nobis de terrę poſitione dicenda fuerunt: & ſphęrā totā diffiniuimus: Nunc quę in ea ſigna ſunt nominabimus ſigillatim. Et quibus igitur primū: Duas Arctos & draconē: Deinde arctophilaca cum corona dicemus: Ceteum qui engonaſin vocatur: Ex inde lyram cum olore & cępheo & eius vxore caſſiopęia filiaq; andromeda & genero Perſeo Dicemus etiam protinus Aurigam a grecis Ηνίοχον appellatū. Ophiulcuq; preterea cum ſagicta & aquila paruoq; delphine. Inde Equum dicemus cum eo ſidere q̄ deltoton vocatur. his corporib⁹ enumeratis ad duodecim ſigna peruenimus. Ea ſunt hęc. Aries: Taurus. Gemini. Deinde Cancer cum leone & virgine. Preterea Libra dimidia pars ſcorpionis: & ipſe Scorpius cū ſagictario: & Capricornio. A/

quarius vero cum piscib⁹:reliquas habet partes. His cōnumera/
tis suo ordine est cetus cū Eridano flumine z lepore. Deinde oriō
cum cane:z eo signo quod procyon dicitur. Pręterea est argo cum
centauro z Ara Deinde hydra cū pisce qui notus voatur. Horum
omniū nō inutile videtur historias proponere : quę certe aut vti/
litatē ad scientiā:aut iocunditatē ad delectationē afferent lectori.

Situr:vt supra dixim⁹ initiū est nobis Arctos ma/
xima. Hanc autem Hesiodus ait esse Calisto nomi/
ne:Lycaonis filiam:eius qui in archadia regnauit:
eamqz studio venationis inductā ad Dianā se ap/
plicuisse a qua non mediocriter esse dilectam ppter
vtriusqz contumilē naturā. Postea autem ab ioue compressam ve/
ritam diane suum dicere cuentum quod diutius cęlare nō potuit:
Nam iam vtero ingraviescente prope diem partus in flumine cor/
pus exercitatione defessum cū recrearet:a diana cognita est nō ser
uasse virginitatē:cui dea pro magnitudine suspitionis non mino/
rem retribuit pęnā. Erepta enī facie virginali in vrsę specie est cō/
uersa quę grece αρκτος é appellata. In ea figura corporis archa
da procreauit. ¶ Sed vt ait Amphis comoediarum scriptor. Jup/
piter simulatus effigiem Dianę cum virginem venantem vt ad/
iutans persequeretur: amotam a conspectu cęterarum compressit
quę rogata a Diana quid ei accidisset ꝙ tam grandi vtero videre/
tur: illius peccato id cueniſſe dixit . Itaqz propter eius responsū
in quam figuram supra diximus eam diana conuertit. Quę cum
in silua vt fera vagaretur a quibusdam ętbolorum capta ad Lycao
nem pro munere in archadiam cum filio est deducta. Ibi dicitur
inscia legis in iouis lycęi templum se coniecisse:quam confestim fi
lius secutus est. Itaqz cum eos archades insecuti interficere cona/
rent: Juppiter memor peccati: ereptā Calistō cū filio inter sidera
collocauit. Eā quoqz Arctum: filiū aūt Arctophilaca nominauit:
de quo postea dicemus . ¶ Nonnulli etiā dixerunt cum calisto ab

Ioue esset compressa: Junonē indignatā in vrsam eam cōuertis/
se:quā Dyanę venanti obuiā factā : ab ea interfectā: ⁊ postea co/
gnitam inter sidera collocatā. ¶Sed alij dicunt. Cum calistonem
Juppiter esset in silua persecutus: Junonē suspicatam illud quod
euenit:contendisse vt eum manifesto diceret deprendisse. Jouē au
tem:quo facilius suū peccatū tegeret:in vrsę specie conuersā reli/
quisse. Junonē aūt in eo loco pro virgine vrsam iuenisse:quā dya
nę venanti vt eam interficeret demonstrasse:quod factū vt perspi
ceretur Jouem ęgre tulisse:effigiem vrsę stellis figuratā constituis
se. ¶Hoc signum vt plures dixerūt nō occidit: ⁊ qui volūt aliqua
de causa esse institutū:Negant thetym oceani vxorē id recipere:cū
reliqua sidera eo perueniant in occasum: ꝙ Thetys iunonis sit nu
trix:cui calisto succubuerit vt pellex. ¶Arietus autem regeates hi/
storiarū scriptor:nō calisto:sed megisto dicit appellatā: ⁊ nō lyca/
onis:sed cetei filiam lycaonis neptē. Prętera cetea ipsum engona
sin nominari Reliqua vero superioribns conueniunt:Quę res in
Nonacri monte archadię gesta narratur.

Arctos minor. Hanc agloasthenes q̄ naxica conscri/
psit:ait Cynosurā esse vnam de iouis nutricibus:ex
idęis nymphis:ab eius quoqȝ nomine ⁊ vrbem quę
bistoae vocatur:a Nicostrato ⁊ sodalibus eius con/
stitutā :⁊ portum:qui ibi est:⁊ agri maiorem par/
tem cynosuram appellatam. Hanc autē inter Lurctas fuisse:qui Jo
uis fuerunt administri. Nonnulli ⁊ Helicen ⁊ cynosurā nymphas es
se iouis nutrices dicūt:⁊ hac re etiā pro bñficio in mūdo colloca/
tas:⁊ vtraſqȝ arctos nūcupatas : quas nostri septentriones dixe/
rūt. Sȝ maiorē arctū cōplures plaustro simile dixerūt:⁊ ἁμάξας
greci appellarunt Cui hęc memorie prodita est causa. Initio qui si
dera peruiderunt ⁊ numerum stellarū in vnaquaqȝ specie corpo/
ris constituerūt: ⁊ non arctum sed plaustrum nominauerunt. Ex
septem stellis:duę quę pariles ⁊ maxime in vno loco viderentur

ꝑ bobus haberent. Reliq̃ vero quinq; figurã plaustri simularent
Itaq; ⁊ qđ ꝓximũ huic est signũ Boetem nominari voluerũt de
quo posteri⁹ plura dicen⁹. Arat⁹ quidẽ nõ hac re boetẽ: nec illud
plaustrũ dicit appellari. sed qđ arctus videat vt plaustrũ circũ po/
lũ: qui boreas appellat versari ⁊ boetes agitare eã dicat. In quo
nõ mediocriter videt errare. Postea autẽ de. vij. stellis parmenisc⁹
ait. vlxx. sunt a quibusdã astrologis cõstitutę ut vrsę species non
septẽ stellis ꝑficeret. Itaq; ⁊ ille qui antea plaustrũ sequẽs boetes
appellabat Arctophilax est dict⁹ ijsdẽ tẽporibus quibus homerus
fuit. hęc arctos est dicta de septẽtrionibus. ille. dicit hanc vtroq;
nomie ⁊ arctũ ⁊ plaustrũ nominari. Boetis autẽ nusquam memi
nit arctophilaca dici. Incidit etiã cõpluribus erratio quib⁹ dc cau
sis minor arctos Phęnice appellet. ⁊ illi q̃ hãc obseruãt verius et
diligẽtius navigare dicant. ⁊ quare si hęc sit certior q̃ maior: non
omẽs hãc obseruẽt: qui nõ itelligere vident de qua historia sit ꝑfe
cta ratio ut phoenice diceret. Thales eni qui diligent de his rebus
exquisivit ⁊ hãc primus arcton appellavit natiõe fuit phoenix. ut
herodot⁹ milesius dicit. Igit oẽs qui Peloponessum incolũt prio
re vtunt arcto. Phoenices quã a suo inuẽtore acceperũt obseruãt.
⁊ hãc studiosius ꝑspiciendo diligẽtius navigare existimant ⁊ vere
eã ab inventoris nomine appellant.

Serpẽs. hic vasto corpe ostendit inter duas arctos
collocat⁹: q̃ dicit aurea mala hesperidũ custodisse ⁊
ab hercule iterfectus a Junone iter sidera collocatus
q̃ illius opa hercules ad euz est ꝓfectus q̃ hortum
Junonis tueri solitus existimat. Ait eni pherecides
Junonẽ cũ duceret Juppiter vxorẽ terrã invenisse ferentem aurea
mala cũ ramis: Inde iunonẽ admiratam petijsse a terra vt in suis
hortis sereret: qui erant vsq; ad atlantẽ montẽ: Cui⁹ filię cum sę/
pius de arborib⁹ mala decerperẽt: Juno dicit hũc ibi custodẽ po/
suisse. hoc etiam signi erit quod in sideribus supra eum draconem

herculis ſimulacrum oſtenditur : vt Eratoſthenes demonſtrat.
quare quoduis licet intelligere hunc maxime draconem dici.
¶ Nounulli etiam dixerunt hunc draconem a gigantibus Mi/
nerue obiectū eſſe cū eos oppugnaret Minerua vo arreptū dra/
conē contortū ad ſidera iecisſe ⁊ ad ipſum axem celi fixiſſe. Itaqz
adhuc eū implicato corpore videri: vt nuper ad ſidera perlatum.

ARctophilax. De hoc fertur vt ſit Archas Caliſto/
nis ⁊ Iouis filius: quem dicitur Licaon cum Jup/
piter ad eum in hoſpitiū veniſſet cū alia carne con/
ciſum pro epulis appoſuiſſe. Studebat enī ſcire ſi
deus eſſet qui ſuū hoſpitiū deſideraret: Quo facto
nō minori pena eſt affectus. Nam ſtatim Juppiter menſa proije/
cta domū cius fulmine incendit: Ipſum autē in figuram lupi con/
uertit. at pueri membra collecta ⁊ compoſita in vnū: dedit cuidaz
ethologū alenduz: qui adoleſcēs factus in ſiluis cū venaret inſcius
vidit matrē in vrſe ſpecie cōuerſam: quā interficere cogitans perſe
cutus eſt i Iouis licei templū: quo ⁊ qui acceſſiſſet mors pena erat
archadū lege. Itaqz cū vtrunqz neceſſe eſſet interfici: Juppiter co/
rum miſertus creptos inter ſidera collocauit: vt ante diximus. Hic
aūt e facto ſequens vrſam perſpicit: ⁊ arctū ſeruās arctophilax eſt
appellatus. ¶ Nōnulli hunc dixerūt Icaꝛ erigones patrē cui pro/
pter iuſtitiā ⁊ pietatē exiſtimat liber pater vinū ⁊ vitē ⁊ vuam tra
didiſſe vt oſtēderet hominib⁹ quomō ſercret: ⁊ quid ex eo naſcere
tur: ⁊ cū eſſet natū: id quomō vti oporteret: qui cū ſeuiſſet vitē dili
gentiſſime adminiſtrādo floridā falce feciſſet: dicitur hircus in vi/
neā ſe iecisſe ⁊ quę ibi tenerrima folia videret decerpſiſſe: quo fa/
cto Icarū animo irato tuliſſe eūqz iterfeciſſe: ⁊ ex pelle eius vtrē fe
ciſſe ac vēro plenū pligaſſe ⁊ i mediū mare proijeciſſe ſuoſqz ſoda
les circa eū ſaltare coegiſſe: Itaqz Eratoſthenes ait εἰκάριο ϖοθι
ϖρό τα ϖεριστρατομ οχεσαρτο ¶ Alij dicūt Icaꝛ cū a libero pa
tre vinū accepiſſet: ſtativtres plenos i plauſtrū impoſuiſſe. Hac re/

etiam Boetẽ appellatum: qui cum perambulans Atticorũ fi/
nes pastoribus ostenderet: nonnulli eorum:auiditate pleni no/
uo genere potus inducti somno consopiunt̃. Atq; vt alij aliam se
in partes reijciunt vt semimortua membra iactantes: alia ac dece/
bat loquebantur. Reliqui eorum arbitrati venenum ab Icaro da/
tum pastoribus vt eorum pecora abigeret in suos fines Icarum
interfectũ in puteũ deiecerunt. sed vt alij demonstrant: secundũ
arborem quandã defoderunt: Qui autẽ obdormierant experecti
cum se nunq̃ melius quiesse fatercntur ac requirerent Icarum vt
pro beneficio muncrarent: interfectores eius animi cõsciẽtia per/
moti statim se fugę mandauerunt: ⁊ in insulã ętholoꝝ peruene/
runt: a quibus vt hospites recepti domicilia sibi constituerunt. At
Erigone icari filia permota desiderio parentis cum eũ non redire
videret ac persequi eũ conaretur: canis Icari: cui Męra fuerat no
men vlulans vt obitum domini lachrymari videretur redit ad eri/
gonem: cui non minimam cogitatę mortis suspitionem ostendit:
Neq; enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfe/
ctum qui tot dies ac menses abesset. At canis vestem eius tenens
dentib9 perducit ad cadauer: quod filia simulac vidit desperata spe
solitudine ac pauperie oppressa multis miserata lachrymis: in ea/
dem arbore: sub qua parens sepultus videbatur: suspendio mor/
tem sibi consciuit: cui mortuę canis spiritu suo parentauit. ¶ Nõ/
nulli hunc in puteum se deiecisse dixerunt Anbigrum nomi/
ne. quare postea neminem ex eo puteo bibisse memorię tradide/
runt. Quorũ casum Iuppiter miseratus in astris corpora eorum
deformauit. Itaq; complures Icarum boetem Erigonem v irginẽ
nominauerunt: de qua posterius dicemus. ¶ Canem autem sua
appellatione ⁊ specie caniculã dixerunt: quę a grẽcis q̃ ante ma/
iorem canem exoritur Procyon appellat̃. ¶ Alij bos a Liber o pa
tre figuratos inter sidera dicũt. Interim cũ i finibus athenien siũ
multę virgines sine causa suspẽdio sibi mortẽ consciscerent: quo d

Erigone moriens erat precata vt eodem lcto filiq Atheniensium afficerentur:quo ipsa foret obitura nisi Icari morte persecuti r eũ forent vlti. Itaqz cum id cueniſſet: vt ante diximus : petentibus eis:Apollo dedit respõsum Si vellẽt euẽtu liberari Erigonę satisfacerẽt.Qui p ea se suspẽderat:instituerunt:vti tabula interposita pendẽte funib9 se iactarẽt:vt q̃ pendẽs vẽto mouẽt. Qd̃ sacrificiũ solẽne istitucrũt. Itaqz r priuatiz r publice faciũt:r id aletidas appellãt:p eã patrẽ psequẽtẽ cũ cane vt ignotã r solitariã oportebat mẽdicã appellabãt q̃s greci ἀλεξίκακος nominãt. Prętea canicula exoriẽs ęstu eorũ loca r agros fructib9 orbabat:r ipsos morbo affectos poenas Icaro cũ dolore sufferre cogebat: p latrones recepisset:quoz rex Aristeꝰ Apollinis r cyrenes filiꝰ Acteonis tpe petijt a parẽte:quo pacto calamitate ciuitatẽ posset liberare:quẽ deꝰ iubet multis hostijs expiari Icari morte r ab Ioue petere:vt quo tpe canicula exoriret dies q̃draginta ventũ daret qui ęstũ caniculę mederet. Qd̃ iustũ Aristeꝰ pfecit:r a ioue ipetrauit vt Ethesię flarẽt.q̃s nõnulli ęthesias dixerũt p quotãnis certo tpe exoriũt grece ἐτησίους annꝰ latine. Nõnulli etiã ęthesias appellauerũt:p expostulatę sũt a iuppitre r ita pcessę. Sz hoc i medio relinquat: ne nos oia pripuisse existimemur.Sed vt ad ppositũ reuertamur hermippꝰ qui de siderib9 scripsit:ait cererẽ cũ iasone lętus cũ filio cõcubuisse:p obrẽ fulmine percussum:cõplures cũ homero dixerunt. Ex his vt petellides gnosius historiarũ scriptor demonstrat Nascunt filij duo Philomcis r plutus quos negant inter se cõueniſſe. Nam plutũ qui ditior fuit nihil fratri suo de bonis cõcessisse Philomein autẽ necessario adductũ quodcunqz habuit:eo boues duos emisse:r ipsum primũ plaustrũ fabricatũ esse. Itaqz arando r colendo agros ex eo se aluisse.cuius matrẽ iratã inuentã vt arantem eũ inter sidera constituisse r boetẽ nominasse . Ex hoc autem Pareanta demonstrat natum qui de pareas suo nomine pareos r oppidum parona appellauit.

Corona. hꝛc existimaꝫ Ariadnę fuisse a Libero patre inter sidera collocata: Diciꝫ enim in insula Dia cum Ariadnę Libero nuberet: hanc primū muneri accepisse a Venere thoris: cū omnes dij i eius nuptijs dona cōferrēt. ¶ Sed (ut ait q̄ cretica cōscripsit) quo tēpore Liber ad minoa venit: cogitās Ariadnē cōprimere: hāc coronā ei muneri dedit: qua delectata: nō recusauit ꝓditionē stupri Diciꝫ etiam a vulcano facta ex auro et indicis gēmis: p quas Thę/seus existimaꝫ de tenebris labyrinthi ad lucē venisse: ꝙ aurū ⁊ gemmę i obscuro fulgore luminis efficiebāt. ¶ Qui argolica scripserūt hanc afferūt causam: ꝙ liber cuꝫ impetrasset a parente: ut Semelē matrē ab inferis reduceret: et querens ad eos descensionē: ⁊ ad arguiorū fines peruenisset: obuiū ei quendā factū nomie hypolipnū hominē dignū hui⁹ sęculi: qui petenti Libero: descensionē mōstrauit. hunc autē cū vidisset hypolypnus: puerū ętate: miranda corpo/ris pulchritudine reliquis prestantem. mercedē petijsse ab eo: quę sine detrimento eius dareꝫ. Liberū autē matris cupidum: si eam reduxisset/iurasse: ꝙ vellet se facturū: ita tamē ꝙ deus homini impudenti iuraret pro quo hypolipnus descensum monstrauit. Igiꝫ cū Liber ad eum locū venisset: ⁊ vellet descendere: coronā quā a venere acceperat/deposuit in eo loco: qui ꝓfanus est e facto appellatus Noluit enim secū ferre ne imortale donū mortuorū tactu coinq̄naretur: qui cū matrē incolumē reduxisset: coronā diciꝫ i astra collocasse ut ętema memoria nominis efficereꝫ. ¶ Alij dicūt hanc coronā Thesei esse/et hac re ꝓpter eum collocatā. Nam qui diciꝫ in astris Engonasin: is Theseus esse existimaꝫ: de quo posterius plura dicemus. Diciꝫ eni cum Theseus Cretā ad minoa cū septē virginibus ⁊ sex pueris venisset Minoa de virginib⁹ Acrioboeā quandā nomine: candore corporis inductū/comprimere voluisse: qō cum Theseus passurum se negaret: ut qui neptuni filius esset: valeret contra tyrannum/pro virginis incolumitate decertare. Itaq; cum

non iam dē puella: sed de Thesei genere cōtrouersia facta fuisset: vtrum is neptuni filius esset: nec ne: dicit Minos ānulū aureū de digito sibi detraxisse: ⁊ in mare proiecisse: quē referre iubet Thesca: si vellet se credi Neptuni filiū esse. Se enim ex Ioue procreatum: facile posse declarare. Itaq; cōprecatus patrē: petijt aliquid: ut satisfaceret se ex eo natū: statimq; tonitrum ⁊ fulgorē cęli: indicium significationis fecisse: Simili de causa Theseus sine vlla pcatione: aut religione parētis: in mare se proiiecit: quē confestim delphinum magna multitudo mari ꝓuoluta: lenissimis fluctibus ad Nereidas ꝓduxit: a quib⁹ ānulū Minois ⁊ a Thetide coronā: quā nuptijs a Venere muneri accepat: rettulit: cōplurib⁹ lucētē gēmis. ¶Alij aūt a Neptuni vxore accepisse, dicūt coronā: ⁊ Ariadnę Theseus dono dicit dedisse: cū ei ꝓpter virtutē ⁊ animi magnitudinē vxor esset cōcessa: hanc autē post Ariadnes mortem: Liberū inter sidera collocasse.

Egonasin. hūc Eratosthenes Herculem dicit: supra draconē collocatū: de quo ante diximus: eūq; paratū: ut ad decertandū: sinistra manu pellē leonis: dextra clauā tenentē: conat interficere draconē: hesperidū custodem: qui nunq̄ oculos apuisse: somno coact⁹ existimat: quo magis custos esse demonstrat. De hoc etiā Paniastis in Heraclea dicit. horū igit pugnā Iappiter admiratus: inter astra constituit. habet eni draco caput erectū: Hercules autē dextro genu nixus: sinistro pede capitis ei⁹ dextrā partē opprimere conat: dextra manu sublata ut feriens: sinistra ꝓiiecta cū pelle leonis ut is q̄ maxime dimicās appareat: ⁊ si qui sit h negat⁹. Arat⁹ quicq̄ posse demonstrare: tamē conabimur ut aliquid verisimile dicam⁹ ¶Aratus autē: ut supra diximus: hunc Lethea licaonis filiū: Aegistus patrē dicit esse: qui videt ut lamentans filiā: in vltę figurā conuersam: genu nixum: palmas aduersas rendere ad cęlū: ut eā sibi diį restituant. Phegelsena aūt Theseā dixit esse: qui troezene

saxum extollere videt: qđ existimat Egeus sub eo saxo clopiũ ensẽ posuisse: ꝛ ethre Thesei matri predixisse: ne ante: eũ athenas mit teret q̃ lapide sublato: sua virtute posuisset gladiũ referre. Itaq; niti videt: q̃ altissime potest: ut extollat. Hac etiã de causa nõnulli lyram: quę pxima est ei signo collocata: Thesei esse dixerũt: qđ ut eruditus omniũ artiuꝫ: Lyram quoq; didicisse videbat. Id quoq; Anacreon dicit. ¶ Alij dicũt Thamirim a musis excęcatũ: ut supplicem ad genua iacentẽ. Dicũt alij Orphea a thracijs mulierib9 interfici q̃ viderit liberi patris initia. ¶ Aeschillus autẽ i fabulis: quę inscribunt prometheos hymenos: Herculẽ ait esse: nõ cũ dra conc: sed cũ liguribus depugnantem. Dicit enim: quo tẽpore hercules ab gerione boues abduxerit: interfeciss̃e p ligurũ fines: quos conatos ab eo abducere pecus: manus contulisse: ꝛ q̃ plures corũ sagittis pfixisse. Sed postq̃ Herculi tela deficerẽt: multitudine barbarorum ꝛ inopia armorũ defessum. se ingeniculasse: multis iam vulneribus acceptis. Iouem autem misertum filij: curasse ut circa eum magna copia lapidum esset: quibus se Herculem defendisse ꝛ hostes fugasse. Ita Ioue in similitudinem pugnantis: inter sidera constituisse. ¶ Hunc etiã nõnulli hysiona brachijs vinctis esse dixerunt: q̃ vim Junoni voluerit afferre. Alij promethea: in monte caucasi vinctum.

Lira autem inter astra constituta est. Hac (uti Eratosthenes ait) de causa q̃ in initio a Mercurio factã de testudine Orpheo est tradita: qui Caliopes ꝛ oagri filius: eius rei maxime studiosus. Itaq; existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendi causa allicuisse: qui quercus vxoris Euridices mortẽ ad inferos descẽdisse existimatur: ꝛ ibi deorum progeniem suo carmine laudasse: pręter liberum patrem: hunc enim oblivione ductus: prętermisit ut oeneus in sacrificio Dianam. Postea igit Orpheus ut etiã plures dixerunt: in Olympo monte: qui macedoniam divisit a thra-

cia. Sed ut Eratosthenēs ait: i Planceo sedēs: cū cāntu delectaret dicitur: ei Liber baccas obiecisse: quę corpus eius discerperēt interfecti. ¶ Sed alij dicūt: ꝙ initia Liberi sit speculatus/id ei accidisse. Musas autē collecta mēbra sepulturę mādasse: ꝛ lyrā quo maxime potuerunt beneficio: illi⁹ memorię causa figuratā stellis inter sidera cōstituisse Apollis ꝛ Jouis volūtate: ꝙ Orpheus apollinē maxime laudaret. Jupit̄ vero filio beneficiū cōcessit. ¶ Alij autē dicūt Mercuriū/cū primū lyrā fecisset: i Lylleno monte Arcadię: septē chordas instituisse: ad atlanticū numer̄: ꝙ maia vna ex illarū numero esset: quę mercurij ē mater. Deinde postea: cū Apollinis boues abegisset: deprehēsus ab eo: quo sibi facili⁹ ignosceret: petenti Apollini ut liceret sibi se dicere: iuenisse lyrā/ꝓcessit: ꝛ ab eo virgulā quandā muneri accepit: quā manu tenens Mercurius: cū profiscereť in arcadiā: ꝛ vidisset duos dracones: inter se cōiuncto corpore: aliū aliū appetere: ut qui dimicare int̄ se videreť: virgulā int̄ vtrunq; ꝓiecit. Itaq; discesserūt: quo facto eam virgulā pacis cā: dixit esse constitutā. ¶ Nōnulli etiā: cū faciūt caduccos: duos dracones implicatos virgula faciunt: ꝙ initiū Mercurio fuerat pacis Eius exemplo: et athletę ꝛ i reliquis eiusmodi certationib⁹: virgulā vtuntur. Sed ut ad propositū reuertamur. Apollo lyrā acceptā dicitur orphea docuisse: ꝛ postꝙ ipse cythară inuenerit: illi lyra concessisse. ¶ Nōnulli dixerūt: veneré cū proserpina ad iudiciū Jouis venisse: cui earū Adonin cōcederet: quibus Caliopen a Joue datā iudicē: quę musa Orphei ē mater. Itaq; iudicasse: vt dimidiā partem anni earū vnaquęq; possideret. Veneré autē indignatā: ut nō sibi propriū cōcessisset: obiecisse omnibus: quę i thracia sunt mulieribus: ut orphea amore inductę: ita sibi quęq; appeteret: ut mēbra eius discerperent: cuius caput in mare de monte perlatū: fluctibus in insulam lesbon est reiectum: qō ab his sublatum ꝛ sepulturę est mandatum: pro quo beneficio ad musicam artē ingeniosissimi existimanť esse. Lyra autē a musis (ut ante dixim⁹) int̄ astra ꝓstituta ē

Nõnulli ꝙ Orpheus cum primus puerilem amorẽ induxerit!mu
lieribus visũ contumeliã feciſſe!ꝛ hac re ab eis interfectũ.

Olorem: hunc greci Lignũ appellant quẽ cõplures
propter ignotã hiſtoriã illis!cõmuni genere auium
Ornim nomiauerũt!de quo hec memorię prodita
eſt cauſa!Juppiter cũ amore inductꝰ:Nemeſin vili/
gere coepiſſet!neqꝫ ab ea:ut ſecum cubaret impetra
re potuiſſet:hac cogitatione amore eſt liberatus!Jubet enim Ve/
nerem aquilę ſimulatam :ſeſeque ipſe in olorem conuerſus ut
aquilam fugiens ad Nemeſin fugit : ꝛ in eius gremio ſe colloca/
uit:quem Nemeſis nõ aſpernata amplexum tenens:ſomno eſt cõ
ſopita: quã dormientẽ Juppiter cõpreſſit.ipſe aũt auolauit: ꝛ ꝙa
ab hominibus alte volans cęlo videbatur: inter ſidera dictus eſt
eſſe cõſtitutus: qõ ne falſum videreť. Juppiter e facto euꝫ volan/
tem ꝛ aquilam conſequentẽ collocauit in mundo. Nemeſis autem
ut quę auium generi eſſet iuncta:menſibus actis ouũ procreauit!
qõ Mercurius auferens: detulit ſpartã: ꝛ lędę ſedẽti proiecit in
gremiũ:exquo naſciť. Helena:cęteris corporis ſpecie pręſtans:quã
lęda ſuam filiã nominauit. ¶Alij autẽ cũ lęda Jouem cõcubuiſſe
in olorẽ conuerſum:de quo in medio relinquimus.

Cephcus.hunc Euripides cum cęteris:phoenicis fi
lium:ęthiopum regẽ eſſe demonſtrauit.Androme/
dę patrem:quã ceto propoſitã notiſſimę hiſtorię di
xerunt.hanc aũt perſeũ a periculo liberatã vxorem
duxiſſe:itaqꝫ ut totum genus eorum perpetuo ma/
neret:ipſum quoqꝫ Cephea inter ſidera ſupiores numeraſſe.

Aſſiopeia. De hac Euripides ꝛ Sophocles: ꝛ alij
plures dixerũt:ut gloriata ſit:ſe forma nereidas prę
ſtare:pro quo facto inter ſidera ſedens i ſiliquaſtro
conſtituta eſt:quę propter impietatẽ vertente ſe mũ
do reſupinato capite ferri videtur.

Ndromeda. Dicit Minerue beneficio iter astra collocata ppter Persei virtutem. q eã Leto ppositã a piculo liberarat. nec eni ab ea minorẽ animi beniuolẽtiã p bñficio accepit. Nã neq3 pater Lephe9 neq3 Lassiopeia mater ab ea potuerũt ipetrare: quin parentes ac patriã relinquens persea sequerẽt. Sz de hac euripedes hoc eodem nomine fabulã cõmodissime scribit.

Erseus. hic nobilitatis cã 7 q inuisitato genere cõcubitiõis eẽt nat9 ad sydera dicit pueniss̃e. q̃ miss9 a Polydecte magnetis filio ad gorgonas a Mercurio q̃ eũ dilexisse existiat Talaria 7 petasũ accepit. Prẽterea galcã q̃ indut9 ex aduerso non poterat videri. Itaq3 greci galeã dixerũt eẽ: nõ ut q̃dã iscietissime iterptant eum Orci Galea vsũ: quẽ res nemi docto põt pbari. Scrt ẽt a Vulcano falcẽ accepisse ex adamãte facta q̃ Medusã Gorgonã iterfecit: qõ factũ nemo pscripsit. Sz ut ait Eschyl9 Tragediaꝝ scriptor in Phorcis. Igrcẽ fuerunt Gorgonũ custodes: de quo in p̃mo libro Genealogiarũ scripsim9: q̃ vtreq3 vno oculo vsẽ existimãt. Et ita suo queq3 tpe accepto oculo vigilias egisse: hũc Perseus vna eaꝝ tradẽte exceptũ i paludẽ tritonida pijecit. Itaq3 custodib9 exceca tis facile gorgonã sõno psopitã iterfecit: Cui9 caput Minerua in pectore dicit. habere collocatũ. Euemerus q̃dẽ Gorgonã a Mine rua dicit iterfectã. De quã alio tpe plura dicemus.

Eniochus. hũc nos aurigã latine dicim9 nomie Erichthoniũ ut Eratosthenes monstrat: quẽ Iuppit cum vidisset primũ inter homies equos 7 q̃drigas iunxisse: admiratus est ingeniũ hominis ad solis iuenta acessisse. q is pr̃iceps quadrigis inter deos est vsus: sed Erichthoni9 ꝛ quadrigas ut ante diximus 7 sacrificiũ Minerue 7 templum in arce Atheniensium primus instituit: de cuius progenie Euripedes ita dicit Vulcanum Minerue pul/

chritudie corpis iductū petijsse ab ea: vt sibi nuberet neqz ipetrasse
t coepisse Mineruā sese occultare in eodē loco: qui ppt Vulcani
amorē Ephesti⁹ ē appellat⁹: quo psecutū Vulcanū ferūt cępisse ei
vim afferre. t cū plen⁹ cupiditatis ad eā vt cōplexui se applicaret
repulsus effudit in terrā voluptatē. Quo minerua pudore pmota
pede puluerē iniecit: Ex hoc aūt nascit Erichthoni⁹ anguis: qui ex
terra t eorū dissentiōe nomē possedit. Eū dicit Mineruа i cistella
quadā ut mysteria contectū ad erichthei filias detulisse t his dedis/
se seruandū: quib⁹ interdixit ne cistulas aperirent. Sed ut hominū
est natura cupida vt eo magis appetāt quo interdicat. sępius vir/
gines cistellā aperuerūt t anguē viderūt. Quo facto isania a Mi
nerua iniecta de arce atheniensiū se precipitauerūt. Anguis autē
ad Mineruę clypeū cōfugit t ab ea ē educat⁹. ¶ Alij autē āguina
tātū crura habuisse Erichthoniū dixerūt: cūqz primo tēpore adole
scentię ludos Mineruę Panathenea fecit: se t ipsū quadrigis cu
curriisse pro quib⁹ factis inter sydera dicitur collocat⁹. ¶ Non nulli
qui de sidcribus scripserunt: hunc natione Argeū Orsilochū no/
mine: primum quadrigarum inuentorē esse dixerūt t pro inuentio
ne siderū locum possedisse. ¶ Alij autē hunc Mercurij filiū ex Eli
cia natū nomine Mirtilū Oenomai aurigā diffinierūt: cuius post
notam omin⁹ mortem parens corpus in mundo constituisse exi/
stimatur. huius in humero siniſtro capra instare t in manu sini/
stra hędi videntur formati: De quib⁹ non nulli ita dicunt. Olenū
quendam fuisse nomine Vulcani filium Ex hoc duas nymphas
ęga t elicen natas: quę Jouis fuerunt nutrices. Alij autem ab hijs
etiam urbes quasdaz appellari dixerunt t Olenon in Aulide. Eli
cen autē in Peloponesso. t aegam in Emonia nominari: de qui/
bus homer⁹ in Illiados scdo dicit: ¶ Parmenseus autē ait Mi/
lissea quendam fuisse cretę regem. ad eius filias Jouem nutriendū
esse delatum: quę quod lac non habuerit capram ei admisisse A/
malthcam nomine quę eum dicitur educasse. hāc autem geminos

hędos ſo:ita eſſe procreare: ꝛ fere eo tępoꝛe peperiſſe:quo Iuppit nutriendus eſt allatus. Itaqꝫ propter beneficium matris ꝛ hędos quoqꝫ dicit inter ſidera collocaſſe.hos aũt hędos Cleoſtratus te/nedius dicit prim⁹inter ſidera oſtendiſſe. ¶ Muſeus aũt dicit Jouis nutrices Athemidem ꝛ Amaltheam nymphas:quibus eũ mat ops tradidiſſe exiſtimat.Amaltheã aũt habuiſſe capꝛã quandã ut in delitijs quę Jouẽ aluiſſet. ¶ Nõnulli etiã ęgam ſolis filiã dixe/runt:multo candoꝛe coꝛpoꝛis pꝛeſtantẽ:cui contrarius pulchꝛitu/dini hoꝛꝛibilis aſpectus exiſtebat:quo Tytanes perterriti petie/runt a terra ut eius coꝛpus obſcurarẽt.quã terra ſpecu quodã ce/laſſe dicit i inſu'a crete:quę poſtea Iuppitris fuiſſe nutrix.ut ante oſtendim⁹ demonſtrat.Sed cũ Iuppiter fidens adoleſcẽtia bellũ cõtra Tytanas appararet: reſponſũ eſt ei ſi vincere vellet ut ęgos pelle tectus ꝛ capite Gorgonis bellũ adminiſtraret:quã ęgida grę ci appellauerunt. Itaqꝫ facto eo qõ ſupra declarauimus. Iuppiter Tytanas ſuperãs regnũ ẽ adept⁹ ꝛ reliqua oſſa ęgos capꝛina pel/le cõtecta anima donauit ꝛ ſtellis figuratã memoꝛię cõmendauit. ꝛ poſt ea qb⁹ ipſe vicerat tectus Mineruę cõceſſit. ¶ Euem⁹ait ęgam quandã fuiſſe Panos vxoꝛẽ. eã cõpꝛeſſã a Ioue peperiſſe: quem viri ſui Panos diceret filiũ. Itaqꝫ puerũ ęgipã. Iouẽ vero ęgiochum dictũ: qui qꝫ eũ diligebat plurimũ inter aſtra capꝛę fi/gura memoꝛię cauſa collocatum.

Phinleus qui apud nr̃os ſcriptoꝛes anguitenẽs di/ctus eſt ſupꝛa ſcoꝛpionẽ cõſtitutus tenẽs manib⁹ an guem mediũ coꝛp⁹ eius implicantẽ. ¶ Policeus aũt hiodius hũc Phoꝛbanta noie demonſtrat:qui hio dijs auxilio maximo fuiſſe demõſtrat. Nã cũ in co/rum inſulã ſerpentiũ multitudine occupatã ciues Ophiuſſam ap pellaſſent ꝛ in ea multitudine ferarũ draco fuiſſet ingenti magni/tudine qui plurimos eoꝛũ interfeciſſet ꝛ patria demiqꝫ deſerta ca/rere coegiſſet:dicit Phoꝛbas Triopę filius ex hyſocla Mirmido/

nis filia natus eo tẽpestate delatus: oẽs feras ⁊ eum draconẽ interfecisse. q̃ cũ maxime Apollini dilect⁹ esset locatus i cęlo interficiens draconẽ laudis ⁊ memorie cã videaꝫ. Itaqꝫ hodij quotiẽscunqꝫ a littore longius prodeũt classes prius sacrificant. Phorbantis aduentu ut illius talis euẽtus inopinatę virtutis accidat ciuib⁹ qualis insciũ Phorbãta futurę laudis ad sidera glorię ptulit casus ¶ Cõplures etiã astrologi hũc ęsculapiũ finxerũt: quẽ Iuppit Apollinis causa inter astra collocauit. Aesculapi⁹ cui cũ esset int̃ homines ⁊ tantũ medicina cęteris p̃staret: ut nõ satis ei videret̃ hominum dolores leuare: nisi etiã mortuos reuocare ad vitã nouisset: fert̃ hippolytũ q̃ iniq̃tate nouercę ⁊ insciti parẽtis erat interfectus sanasse. Ita Eratosthenes dicit. ¶ Nõnulli Glaucũ Minoos filiũ: ei⁹ opa reuixisse dixerũt: p quo vt peccato Iouẽ domũ ius fulmine incendisse. Ipsũ vo propter artificiũ ⁊ Apollinẽ eius patrem inter sidera anguem tenentẽ cõstituisse. ut quidã dixerũt. hac de causa anguẽ tenere dicit̃: q cũ Glaucũ cogeret̃ sanare cõclusus quodã loco secreto bacillũ tenens manu cũ quid ageret: cogitaret: dicit̃ anguis ad bacillũ eius arrepsisse. quẽ Aesculapi⁹ mẽte cõmotus interfecit bacillo fugientẽ feriens sepius. Postea fert̃ alter anguis eodẽ venisse ore ferens herbã ⁊ in caput eius imposuisse quo facto loco fugisse. quare Aesculapiũ vsum eadẽ herba Glaucũ reuixisse. Itaqꝫ anguis ⁊ in Aesculapij tutelã ⁊ in astris dicit̃ collocatus qua cõsuetudine ducti posteri ei tradiderũt ut reliqui medici anguibus vterentur.

Agitta. hanc vnã de herculis telis esse demõstrant qua aquilã dicit̃ iterfecisse quę iecinora Promethei fertur exediss̃e. de quo pluribus verbis dicere nõ videtur inutile. Antiqui cũ maxima cerimonia deorũ imortaliuꝫ sacrificia administrarent: soliti sũt toras hostias in sacrorũ cõsũmere flãma. Itaqꝫ cũ ꝓpter sũptus magnitudinẽ sacrificia pauperib⁹ nõ ꝓstingerẽt. Prometheus qui ꝓpter

excellentiã ingenij mirã :homines finxisse existimaʒ:recusatione dicitur ab Ioue impetrasse ut partẽ hostię in ignẽ cõmuni icerent partẽ in suo consumerẽt vsu. Idqʒ postea consuetudo firmauit:qõ cum facile a deo nõ ut ab homine auaro impetrasset. Ipse prome/ theus imolat tauros duos.quorũ primũ iocinora cũ in ara posuis set:reliquã carnẽ ex vtroqʒ tauro in vnũ compositã:corio bubulo texit Ossa autẽ quę circũ fuerunt:reliqua pelle cõtecta i medio col locauit ꝛ Ioui fecit potestatẽ.ut quã vellet eorum consumeret par tem. Iuppiter autẽ ꝛ si non pro diuina fecit cogitatiõe nec ut deũ licebat omnia qui debuit ante ꝓuidere. Sed quoniã credere insti/ tuimus historijs ꝺeccpt⁹ a prometheo vtrũqʒ putans esse taurũ delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaqʒ postea in solẽnibus ꝛ re ligiosis sacrifitijs carne hostiarũ cõsumpta: reliquã quę pars fuit deorũ eodem igni conburũt.Sʒ ut ad propositũ reuertamur. Iup piter cũ factũ rescisset: animo permoto mortalib⁹ eripuit ignẽ. ne Promethei gratia plus deorũ potẽstate valeret.neve carnis vsus vtilis hominibus videreʒ cum coqui non posset. Prometheus au tem consuet⁹ insidiari sua opera ereptũ mortalibus ignẽ restitue/ re cogitabat. Itaqʒ caeteris remotis deuenit ad iouis ignem quo diminuto ꝛ in ferulã coniecto:lętus ut volare non currere videreʒ ferulã iactans ne spiritus intercluſus vaporis extingueret i angu/ stia lumen. Itaqʒ homines adhuc plerũqʒ qui letitię fiunt nuncii celerrime veniũt. Prętera totã a certatione ludorũ cursorib⁹ in/ stituerunt ex promethei consuetudine vt currerẽt lampadẽ iactan tes. Pro quo iuppiter facto mortalibus parẽ gratiã referens, mu/ lierẽ tradidit his quã a vulcano factã deorũ voluntate omni mu/ nere donauit: Itaqʒ Pandora est appellata: Prometheũ autẽ in monte Scythię nomie Laucaso ferrea cathena vinxit:quẽ alligatũ ad triginta milia annorũ eschyl⁹ tragoediarũ scriptor dixit: Prę/ terea admisit ei aquilã:quę assidue noctu renascentia iacinora ex/ esset.hãc autẽ aquilã non nulli ex typhone ꝛ echione natã:Alii ex

terra ꝛ Tartaro Lõplures a Vulcano factã. hũc cõplures Carnabutã dixerunt nominẽ: getharũ regem qui sunt in mysia regione fuisse: qui eodẽ tempore regno est potitus: quo primũ semina frugum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua beneficia largiretur hominibus Triptholomum cuius ipsa fuerat nutrix in curru draconum collocatũ: qui primus hominum vna rota dicitur vsus: ne cursu moraretur iussit omniuz nationũ agros circuentem semina partiri: quo facilius ipsi posteriqz eorũ a fero victu segregarent. qui cum peruenisset ad eum quem supradixim⁹ getharũ regem ab eo primũ hospitaliter acceptus: Deinde nõ ut beneficiis aduena ꝛ inocens sed ut crudelissimus hostis insidiis captus, aliorũ dum paratus est producere suã pene perdidit vitam. Carnabutę enim iussu cum draco vnus eorum esset interfectus necum Triptholomus sensisset insidias parari currus presidium sibi constituere speraret Ceres eo uenisse et erepto adolescenti cur… rum dracone altero subiecto reddidisse. Regem pro cepto malefi… cio poena nõ mediocri affecisse. Hegesianax dicit Cererẽ memorię hominũ causa ita carnabuta siderib⁹ figurasse: manibus tenentem ut interficere draconẽ existimetur: qui ita uixerat acerbe vt iocundissimam sibi conscisceret mortẽ. ¶ Alii aũt herculem essẽ demonstrant: in Lydia apud flumen Sagarim: anguem interficientẽ qui ꝛ homines cõplures interficiebat ꝛ ripam frugibus orbabat: Pro quo facto a regina Omphale quę ibi regnabat multis ornatum muneribus argos remissum. Ab Juppitre vero propter fortitudinem inter sidera collocatum. ¶ Nõ nulli etiã Triopã Thessalorum regem dixerunt esse. qui cum suum domicilium tegere conaretur Cereris ab antiquis collocatum diruit templũ. Pro quo fcõ a cerẽ fame obiecta nũqꝑ postea frugib⁹ vilis saturari potuisse existiaẽ. Nouissie ꝓpe ad terminũ vitę dracõe obiecto mala pluria ꝓpessus aliqñ mortẽ adept⁹ iter astra Ceteris voluntate ẽ ꝓstitut⁹ Itaqz adhuc videẽ eũ draco circũplex⁹ eterna meretẽ afficere pęna

